

3. is vidit in visu manifeste, quasi horâ diéi nonâ, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

4. At ille intuens eum, timore corrèptus, dixit: Quid est, Dómine? Dixit autem illi: Oratiōes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā in conspectu Dei.

5. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus:

6. hic hospitatur apud Simonem quendam coriariū, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporeat facere.

7. Et cùm discēsset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domésticos suos, & misit metuēntem Dóminum ex his, qui illi parabant.

8. Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Ioppen.

9. Pósterā autem die iter illis facientibus, & appropinquántibus civitati, ascēdit Petrus in superiōra ut oraret circa horam sextam.

10. Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cécidit super eum mentis excésus:

11. & vidi cælum apertum, & descéndens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initia submitti de cælo in terram,

12. in quo erant omnia quadrupédia, & serpētia terræ, & volatilia cæli.

13. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & mandúca.

14. Ait autem Petrus: Absit Dómine, quia numquam manducávi omne commūne, & immundum.

15. Et vox iterum secundò ad eum: Quod Deus purificavit, tu commūne ne dixeris.

16. Hoc autem factum est per ter: & statim receptum est vas in cælum.

17. Et dum intrà se hæstaret Petrus quidnam esset visio, quam vidisset: ecce viri, qui missi erant à Cornelio, inquiréntes domum Simonis, assérerunt ad iānum.

18. Et cùm vocassent, interrogabant, si Simon, qui cognominatur Petrus, illuc habéret hospitium.

19. Petro autem cogitante de visiōne, dixit Spíritus ei: Ecce viri tres querunt te.

20. Surge itaque, descénde, & vade cum eis nihil dúbitas: quia ego misi illos.

21. Descéndens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce ego sum, quem queritis:

quæ causa est, propter quam venisti?

22. Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir iustus, & timens Deum, & testimoniū habens ab univerſa gente Iudeorum, respōsum accēpit ab Angelo sancto accersire te in domum suam, & audire verba abs te.

23. Introdūcens ergo eos, recēpit hospitio. Sequenti autem die surgens profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

24. Alterā autem die introiit Cæsaream. Cornelius vero expectabat illos, convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

25. Et factum est cùm introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius, & prōcidens ad pedes eius adorāvit.

26. Petrus vero elevāvit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.

27. Et loquens cum illo intrāvit, & inventit multos, qui convenerant:

28. Díxitque ad illos: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudeo coniungi, aut accédere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, néminem commūnem aut immundum dicere hōminem.

29. Propter quod finē dubitatiōne veni accessitus. Interrogo ergo, quam ob causam accessisti me?

30. Et Cornelius ait: A nudiusquarta die usque ad hanc horam, orans eram horâ nonâ in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste cándida, & ait:

31. Cornelius, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.

32. Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare.

33. Confessum ergo misi ad te: & tu beneficisti veniendo. Nupc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia.

34. Apériens autem Petrus os suum, dixit: In veritate cōperi * quia non est personarum acceptor Deus,

35. sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

36. Verbum misit Deus filiis Israël, annunciāt pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dóminus.)

37. * Vos scitis quod factum est verbum per univerſam Iudeam: incipiens enim à Galilæa post baptismum, quod

prædicavīt Ioánnēs,

44.

38. Ie-

38. Iesum à Názareth: quomodo unxit eum Deus Spíritu sancto, & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes opprēssos à diabolo, quoniā Deus erat cum illo.

39. Et nos testes sumus omniū, quæ fecit in regiōne Iudeorum, & Ierusalēm, quem occiderunt suspendentes in ligno.

40. Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri

41. non omni populo, sed tēstib⁹ præordinatis à Deo: nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis.

‡ FER. 2. 42. Et ‡ præcepit nobis prædicare pō-
P O S T 43. populo, & testificari quia ipse est, qui con-
PENTEC. stitutus est à Deo iudex vivōrum, & mor-
tuōrum.

* Ier. 31. 43. * Huic omnes prophēta testimō-
34. nium pérhibent remissiōnem peccatorum
Mich. 7. accipere per nomen eius omnes, qui cre-
18. dent in eum.

44. Adhuc loquéntē Petro verba hæc, cécidit Spíritus sanctus super omnes, qui audiēbant verbum.

45. Et obstupuerunt ex circumcisione fidèles, qui vénérant cum Petro: quia & in nationes grātia Spíritus sancti effusa est.

46. Audiēbant enim illos loquéntes lín-
guis, & magnificantes Deum.

47. Tunc respōndit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui spíritum sanctum accep-
runt sicut & nos?

48. Et iussit eos baptizari in nōmine Dómini Iesu Christi. Tunc rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diēbus.

C A P U T X I.

Petrus Ierosolymam revērsus, quod Gentes in Ecclēsiā admiserit, reprobēdūtur: quid secum actum fuerit, ex ordine enarrat. Fidèles dispērsi, Iesum Iudeis & Géntibus annūciant; Bárñabas & Paulus complures Antiochic convérunt ad fidem; ibi primū Discípuli cognomi-
nātūr Christiāni; Agabi prophetia. Per manus Bárñaba & Sauli Iudeis subsi-
dium mittitur.

1. Audiērunt autem Apóstoli, & fra-
2. tres, qui erant in Iudea: quoniā
3. Gentes & Gentes receperunt verbum Dei.

2. Cùm autem ascēsset Petrus Ierosó-

lymam, disceptabant aduersus illum, qui erant ex circumcisione,

3. dicētes: Quare introiſti ad viros præpūtium habēntes, & manducāsti eum illis?

4. Incipiens autem Petrus exponēbat illis ordinem, dicens:

5. Ego eram in civitāte Ioppe orans, & vidi in excēsu mentis visiōnem, descēdens vas quoddam velut linteum magnum quātuor initia summīti de cælo, & venit usque ad me.

6. In quod intuens considerābam, & vidi quadrupēdia terræ, & bētias, & rep̄tilia, & volatilia cæli.

7. Audīvi autem & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide, & mandūca.

8. Dixi autem: Nequāquam Dómine: quia commūne aut immundum numquam introiit in os meum.

9. Respōndit autem vox secundò de cælo: Quæ Deus mundāvit, tu ne commūne dixeris.

10. Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cælum.

11. Et ecce viri tres confestim astirērunt in domo, in qua eram, misi à Cæsarēa ad me.

12. Dixit autem Spíritus mihi ut ire cum illis, nihil hæstans. Venérunt autem mecum & sex fratres isti, & ingrēsi sumus in domum viri.

13. Narrāvit autem nobis, quomodo vidisset Angelum in domo sua, stantem & dicentem sibi: Mitte in Ioppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus,

14. qui loquētur tibi verba, in quibus salvis eris tu, & univerſa domus tua.

15. Cùm autem cōpissim loqui, cécidit Spíritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.

16. Recordatus sum autem verbi Dómini, sicut dicebāt: * Ioánnēs quidem baptizāvit aquā, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17. Si ergo eādem grātiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dóminum Iesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum?

18. His auditis, tacērunt: & glorificāverunt Deum, dicētes: Ergo & Géntibus penitentiam dedit Deus ad vitam.

19. Et illi quidem, qui dispērsi fūerant à tribulatione, quæ facta fūerat sub Stéphano, perambulaverunt usque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, né-

zzzz mi-

* Matb. 3:

11.

Marc. 1. 8.

Luc. 3. 16.

Ioan. 1. 26.

Supr. 1. 5.

Infr. 19. 4.

mini loquentes verbum, nisi solis Iudeus. (a) Nota d̄is. (a) ergo illos 20. Erant autem quidam ex eis viri Cydiu solis prii, & Cyrenai, qui cum introissent (b) d̄is: deinde Antiochiam, loquebantur & ad Gr̄cos, d̄e & Gre, annunciantes D̄minum Iesum.

21. Et erat manus D̄mini cum eis: quam sci- f multusque n̄merus credētūm con- dierunt. v̄ersus est ad D̄minum.

Cornelium 22. Pervenit autem sermo ad aures Eccl̄siae, quae erat Ierofolymis super istis: & p̄trizātūm: misérunt Bārnabam usque ad Antiochiam. statim ve-

23. Qui cum p̄venisset, & vidisset n̄f̄ An- grātiām Dei, gav̄sus est: & hortabatur iochiam, omnes in propōsito cordis permanēre in multas, atque Dōmino:

24. quia erat vir bonus, & plenus Sp̄i- peragrā- ritu sancto, & fide. Et appōsita est multa- ádeo post- quām iam 25. Profēctus est autem Bārnabas Tar- indē. Pe- sum, ut quāreret Saulum: quem cūm in- trus decē- venisset, p̄dūxit Antiochiam. (c)

(b) Anno 40. in Eccl̄siae: & docūerunt turbam multam, & S.BAR- ita ut cognominarētur prīmū Antio- NABE.

(c) Anno 41. 26. Et annum totum conversati sunt ibi in Eccl̄siae: & docūerunt turbam multam, & S.BAR- ita ut cognominarētur prīmū Antio- NABE.

(d) Anno 42. 27. In his autem diēbus supervenērunt ab Ierofolymis prophētae Antiochiam: Ep̄st. cap. 13. v. 1. 28. & surgens unus ex eis nōm̄ne Aga- ERANT bus, significabat per sp̄ritum famem AUTEM. magnam futurām in universo orbe terrārum, quae facta est sub Claudio. *

* Ann. Im- p̄rii eius 29. Discipuli autem, prout quis habē- bat, proposuērunt singuli in ministériū mittēre habitantibus in Iudaea frātribus: 30. quod & fecerunt, mittēntes ad se- * An. A. niōres per manus Bārnabe, & Sauli. *

vulg. 42. C A P U T X I .

Sanctus Iacobus martyrium obit. Petrus in vincula conjicetur, tam liberatur. Herodes divinum admittens honorem, ab Angelo percussus moritur.

* SS.APO- STOL. PE- TRI E T PAULI. 1. Odem autem tempore f̄ misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Eccl̄siae.

2. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. 3. Vident autem quia placēret Iudaeis, appōsuit ut apprehendēret & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

ann. 42. 4. Quem cum apprehendēsset, misit in carcere, tradens quātor quaternōnibus militum custodiēdum, volens post Pascha producere eum populo.

* Quo tē- porē crē- tur- dūtur Iu- daem re- liquisse, & Romam migrasse, ibique sedem circa initium anni sequentis, (43.) posuisse.